





1730, 5  
6  
F. N. D. N. F. C.  
SCHEDIASMA JURIDICVM

DE  
ODIO OPERARVM  
ÆDILITIARVM  
IMMERITO,

QVOD  
SVFFRAGANTE DIVINI NVMINIS  
GRATIA

INDVLTV AMPLISSIMÆ FACVLTATIS  
JVRIDICÆ

IN PER-ANTIQA HIERANA  
SVB PRÆSIDIO

DN. JOACHIMI JACOBI  
REINECCII,

J. V. D. RITE PROMOTI NEC NON ADVOCAT. IN SAXON.  
ELECT. IMMATR.

PVBLICE DEFENDIT

BENJAMIN GOTTFRIED HOMMEL,  
JVR. CVLT.

IN AVDTORIO MAJORI JCTORVM ERFORDIENSIVM  
HOR. CONSVET.

DIE XII. APRILIS M DCC XXX.

ERFORDIÆ,

Litteris GROSCHIANIS, Acad. Typogr.



Um Praeses hujus Disputationis ante aliquod dies, ID QVOD PRÆCIPVE JVSTVM EST CIRCA SVPERAMENTA EX PRIMA MATERIÆ ELABORATIONE FABRILI, pro Gradu, ut vocant, ventilandum proponeret, aliquis eorum, qui dissentientium partes sustinebant, existimavit, quod nimium tribueret favoris isti operarum rusticarum generi, quo coguntur homines glebæ adscripti aliique illius sortis, materiam adificiorum devehere dominis suis. Quippe per se odiosas esse hæc præstationes, tum LL. quoque civilibus easdem diserte improbari, is, quem diximus, putabat. Hoc vero argumentum, quia dignum nobis videtur, quod plenius excutiat; illud, cum venia Amplissimi JCtorum Ordinis, jam ulteriori, placidæque eruditorum disquisitioni submittere constituimus.

§. I.

Non dubitamus, fore alios etiam, quibus illa servitia, quæ LL. Saxonici præprimis imponuntur rustica plebi, ut, nimirum dominis hæreditariis adificaturis omnem materiam convehant, graviora videantur, omnique, quam potest fieri, modo, restringenda; cum legant JCtos magni nominis, certe tantæ autoritatis, quibus nos longe impares agnoscimus, famosum illud *c. 15. de R. I. in bro. eum in finem cum ad quaslibet Rusticanorum præstationes, tum ad operas adilitias speciatim referre, quod facere credunt CARPZOV. P. 2. C. 52. def. 2. n. 1. STRUV. S. J. C. Ex. 3. 16. 24. in fin. KÖPPEN. P. 1. Dec. 13. n. 3. ut taceamus eos, qui in ista sunt opinione, quod liber homo ad operas perpetuas sese obligare non possit. Eo colimat præjud. FACVLTV. VITEB. ad Interrog. Wilhelm Daniel Schröders zu Leipzig) *Monf. Sept. 1678. ap. BERGER. in Elect. Discept. For. Supplem. P. 2. p. 195. sqq.* Sed hi erunt fere, quibus non adeo curæ est rem ipsam a principiis cognitam habere atque perspectam, nihilque rectum, nisi quod communibus Dd. suffragis conveniat, putant. Hi si cogitent, neque multitudinem neque famam dissen-*

dissentientium cujusquam sententiæ diligenter excussa parere invidiam, sed omnia penes prudentes argumentorum pondere magis, quam comprobantium numero, gravitateque judicari, non admirabuntur, nos viam, ut antea vix tritam, atamen sedulo exploratam, secutos, & quod istas operas, de quibus jam agitur, meritum vere premat odium, intrepide negare, nec hoc quidem prius concedi nobis postulamus, quam rationibus id evicerimus idoneis.

§. II.

Nemo, censemus, qui spectet Saxonix Electorales provincias, negabit, illam rusticolarum obligationem, qua dominis ædificia molientibus tenentur, Principum sapientissimorum Constitutionibus maximam partem deberi. Quare illum impietatis damnemus necesse est, qui, operarum hoc legitimum præsidium prædiorum nobilium possessoribus jure denegari, ausus fuerit contendere. Si tamen forte limites sanctionum, quantum perspicimus, æquissimarum, injungendo illi excedant, aut lex alicubi, qua exteros provinciales, deficiat, tum certe, quia servitia ab initio ex pacto originem traxisse, testimonio quorundam vetusto (vid. laud. KÖPPEN. cit. Dec. 13. n. 1.) sibi persuasum habent, maxime attendendum esse, quid conventum vel promissum, neque alias, quam de quibus pactum, exigi oportere, uno ore fatentur omnes, & ipsi quoque haud dissentur. Nulla sane alia ratione intelligimus Dd., quoties restrictivam servitorum interpretationem inculcant, nobis quamvis talis minime videatur, nec ulla opus esse interpretatione credamus, quando quis mentem suam verbis liquido expressit. Iniquum vero uti videbitur, quod ipse quis, sua voluntate, in se juris statuerit? Quod si neque in publicis LL. præcepta, vel principum placita, quibus saluti provident omnium, & legem rei suæ dicere cuius permittunt, neque in licitis privatorum, (quorum optimum pro se consilium, quisque capere præsumitur,) conventiones odium cadat ullum; unde quæso illud derivabitur in legitimis aut pactas rusticorum præstationes? Obloquitur sane vulgaris Dialecticorum canon: qualis causa, talis effectus

§. III.

Enimvero, regeris, longissimi temporis præscriptio, sive consuetudo, hic minus pollut? Pollent omnino multum. Falleris autem, si hæc quoque impia iudices præsidia, quæ nituntur in jure, & præ-

sumta LLatoris atque fervientium voluntate, quibus lites, perpetuæ alias futuræ, terminari, publici boni interest, quæ nec parrocianantur cuiquam, nisi in b. f. constituto, & quæ nemini quidquam afferunt damni, nisi sua negligentia hoc incurrentibus: ne fileamus, quod, bene monente Dn. HOECKNER, *in tr. de Oper. indeterm. c. 1. §. 1.* frustra in decidendis operis indeterminatis præscriptio vel sola præsumptio, tanquam unicus modus & definiendi earundem principium, allegetur, seu deficientibus pactis specialibus, aut generali consuetudine, attendatur, quin summus imperans ad boni viri arbitrium, habita æquitatis ratione, decernat. In graviolem duceri errorem, si, quod æterna & naturalia iustitia præcepta hominibus liberis omni interdican servitute, credas, & plebem rusticam, quæ sine etiam ullo monitore laboris & obsequii impatiens est, in libertate potius exempta, quam consueto contineri officio, velis. Nam servitute ne quidem perfectam, quæ perpetuas operas debet pro alimentis & aliis, quæ vita necessitas exigit, si ita accipiatur in terminis naturalibus, in se quidquam habere nimæ acerbitaris, dudum evicit GROT. *de J. B. & P. L. 2. c. 5. §. 27. n. 2.* conf. BVSBEQV. *epist. exor. 3.* quo etiam perliner monitum, APOSTOLI: *δύλος ἐλλήνης, μη σοι μελίτω. 1. Cor. 7. 21.* de imperfecta igitur minus dubium esse debet, quin divino jure sustineatur.

§. IV.

Quantopere autem adificiis tantum non erigendis, sed eorundem quoque ruinis avertendis LL. favcant, PRÆSES argumentis haud paucis luculenter demonstravit *in sua Dissert. Inaugurali §. 10.* quo pertinet etiam antiqua *Lex XII. Tabb.* cujus meminit VLPIAN. *in l. 1. ff. de sign. junct.* ab eodem nuper explicata. Sed splendeant, inquis, adificiorum magnifica structura urbes, ornamenta tamen hæc civitatum non debent transferri in rura. Fortassis tibi cum GARZ. *de expens. c. 5. n. 19. §. c. 15. n. 12.* in mentem venit adificia rurirecta citra necessitatem ad voluptatem pertinere, quin addubitas, an iste adificiorum favor eo usque se LL. insinuet, ut rustici ea propter tantum onus subire necesse habeant? Audi igitur, quod prædia nobilia attinet, ELECTOREM SAXONEM enunciandem: **Dadurch auch/ wie vor Augen/ viel stattlicher Ritter Sitze und Gebäude in unsern Landen NB. zu Besserung derselben erbauet und ausgebracht ic.** ORDIN. PROVIN. *de anno 1555.*

titulo

**titulo von Bau-Frohnen ic.** Quid jam obloqueris? Demnach, sub-  
jungit SERENISSIMVS, sehen, wollen und verordnen Wir, daß hinfüh-  
ro die Unterthanen in unsern Landen schuldig seyn sollen, ihren Erb-  
Herren zu den Gebäuden ihrer Ritter-Sitze Bau-Frohnen zu thun. Perspi-  
cuae fanciens, rusticos suæ provincie propterea operis adilitiis  
se subtrahere neutiquam debere, quoniam talia ædificia non mi-  
nimum mereantur favorem, neque odiosis, ut vulgus Dd. autumat,  
accensenda. vid. LEYSER. de jur. præd. nob. impr. Saxon. §. 16. PETR.  
MÜLLER. de ædif. præd. nob. c. 2. th. 9. Quocirca illud etiam mone-  
mus, restrictivam prælaudatæ ORDIN. PROVINC. interpretatio-  
nem, qualem CARPZ. P. 2. def. 3., cum aliis rusticæ genti nimium  
indulgentibus, amplectendam censuit, adeo LLatori Saxonico dis-  
plicuisse, ut Dec. XXXIII. istam declarandi rationem penitus rejice-  
ret, determinate jubendo, ut rustici non solum ad aedificationem, re-  
parationem & meliorationem arcis s. habitationis, sed ad omnia  
ædificia, quæ prædio nobili coherent, puta horrea, stabula, gra-  
naria; & si quæ sunt reliqua, operam conferant debitam; addita  
ratione, animum sibi nunquam fuisse, operas adilitias ita coarctare,  
uti modo dictis LL. Saxonicarum Censoribus visum fuit. verb.  
**Sinn und Meynung niemahls gewesen/ die gesetzte Bau-Frohnen**  
**bloß auf die Wohn-Gebäude einzuschräncken/ auch dem Zweck und**  
**End-Ursach zu widerläufft ic.** conf. LEYSER. l. supr. cit. §. 17. ubi  
prajudiciis SENAT. APP. DRESDENS. atque ICTOR. VITEBERG.  
penes BERGER. Suppl. Elect. Disc. Forens. p. 2. p. 185. seqq. legendis,  
prælationes, de quibus jam differimus, ad receptacula, in quibus  
instrumentum rusticum asservatur, Schuppen, nec non hortum an-  
tea simplici sepe circumdatum, deinceps pariete ex asseribus &  
columnis quercis confecto muniendum, extendit. add. RICH-  
TER. p. 2. Dec. 98. n. 20. PETR. MÜLLER. de ædif. præd. nob. th. 12.  
in fin.

§. V.

Nosira quidem sententia, eo minus odii servitiis rusticorum  
ædilitiis assignare licebit, quod allegatus DEC. ELECT. tenor neu-  
tiquam permittat, ut ullo modo, aut quoquam casu eveniente, præ-  
ter mentem sancientis, operas ædilitias restrictive, uti loquuntur,  
interpretetur. Vult nimirum, ut ad finem, h. e. ad decus & in-  
teresse totius regionis, quod illi ex prædiorum extruendorum

splendore accedit, subinde respiciamus, & fere magis interpretationem suadet extensivam. Enim vero, utraque LL. interpretandi ratio doctrina est & Jctor, aut judicium. l. i. C. de LL. STRUV. S. J. C. Exerc. 2. tb. 46. seq. quæ circa materiam servitorum adilitiorum, quatenus illa boni viri arbitratu temperanda veniunt, Saxonia Electorali plane exulat, horum determinatione à Serenissimo Electore summo Regimini reservata, quod institutum ex merito laudavit PRÆSES in *Diss. Inaugurali* §. 13. Idem argumentum *Illustr. de BERGER* p. 1. *Resp.* 44. p. 77. CHR. HENR. de BERGER. *Dec.* 15. p. 20. Enunciatis FAC. JVR. VITEB. & APP. SENAT. SUPREM. illustrarunt, aliaque, quæ huc faciunt, præjudicia adduxit, idemque in *Ducatu Magdeb. sec. ORD. JVD. ELECT. NOV. c. 1. §. 12.* obtinere retulit HOECKN. in *superius cit. Dissert. c. 1. §. 10.* Itaque non est, cur quæstioni sat apertæ diutius inhæreamus. Cæterum, si domini hæreditarii, subditis operarum intuitu litem moventes, aliquando spe sua excidant ideo, quia probationibus magis, quam jure, destituuntur, illa certe causâ à putatio dictarum præstationum odio nobis longe remota videtur, qua in re, quod aliis quoque in causis hoc actori haud raro contingat, solatio ipsis esse possit, modo solamen audire mereretur, socios habuisse malorum.

§. VI.

Attamen, instas, operæ de loco ad locum, utputa fundos noviter coëmptos, minime sunt porrigendæ, neque hæctenus consuetæ in alias, quantumvis similes, convertendæ: nefas etiam ducitur in pecuniarias præstationes easdem commutare, aut non exactas, quo debebantur, in annum sequentem rejicere. Hoc etsi concedamus, res ipsa loquetur, omnem hic cessare restrictivæ interpretationis rationem. Scilicet, tibi jam succurrit referre, quid juris interpretibus videatur de his serviitiis, quibus per legem vel conventionem certi positi sunt limites, aut quas longissimi temporis præscriptione dominus acquisivit. Nil moramur, si quisquam, incaute fortassis, de indefinitis operis hoc affirmaverit. Neque enim res, de qua, ubi extet, ignorant, sanioribus loco suo moveri debere videbitur. Aliam, fatearis oportet, esse, de termino moto, aliam finium regundorum quæstionem. Si negas, operas de loco ad locum debere extendi, haud indiscriminatim eas deberi, verum suis finibus circumscriptas esse, constabit. Inconsuetas si arguis,  
ipsa



ipſa conſuetudo tibi pro lege erit, quæ modum ſtatuat. Et quales in nova fert animus mutatas dicere formas ſervitia, quum priſtinam operarum imaginem habeas incognitam? Si de pecunia, loco operarum exſolvenda, dubitas, indefinitæ illæ fruſtra ingenium exercebunt tuum, quandoquidem nulla earum poteſt eſſe æſtimatio ſatis certa. Denique de præſtationum in aliud tempus dilatione quare ſollicitus es, ſi nullum his tempus præſinitum, aut tempore minus petitur? Sin plus peti credis, hoc ipſo, quoad hanc circumſtantiam eas determinatas eſſe, prodis. Jam de determinatis quid ſentiamus, colliges ex iis, quæ dicta ſunt à PRÆSIDE in *ſpecimine Inaug. cit. §. 13.* Fac igitur, convenire inter dominum ac ſubditos, ut ex certa aliqua ſylva materia ædificiorum advehatur, tunc his magis indulgendum credis, qui præſtendant eandem loco viciniore haberi poſſe, ea propter vecturas debitas detrectandibus? an illum putas audiendum eſſe potius, qui ad alium locum remotiorem, ubi minori prætio materiam comparare noverit, eos a legare præſumat? Porro nemini mirum videri debet, ſi domino vitio vertatur, ſubditos inſolitis gravare operis, quandoquidem, ex more regionis, uti conſuetis minime prohibeatur, ut ut de iis præſtandis nunquam ſpecialiter fuerit actum. Ulterius, quoad mutandas operas, ſubditos cum domino haud minus in pari cauſa eſſe judicamus, ſive de ſpecierum permutatione, ſive de ſurrogatione pecuniæ quaratur. Denique ratione temporis tenendum, quod opera non debeantur, niſi indictæ, aut petitæ fuerint. Sed coarctatur illa exigendi facultas, certo tempore præſtituto. Scilicet haud differis, quod ſtatis diebus homines exhibere eas cogantur. An igitur dominus tum feret ſubditorum cunctationem? At neque his, quoniam correlatorum idem iudicium, domini dilatio fraudi eſſe debet. Nullam ſane videmus rationem diverſitatis, quin de utraque perſona, tam debitoris, quam creditoris, idem jus ubi vis ſtatuetur. Et, ſiquidem per hunc ſtetit, quo minus ille ſuas partes impleret, eadem habeantur pro impletis.

## §. VII.

Nolunt operas ædilitias extendi ad materias ruinarum avehendas, truncos, ex quibus aſſeres ſecentur, & quibus coagmentatis horti muniantur, plancas, materiam laterum, terram, qua fundamento circumcalcato aquæ alluentes arceantur, lapides, ex quibus

bus calx coquitur, ligna, quæ in focum conjiciantur, aut victorio  
 usui sunt, palos, quibus lupulus sustinetur, nec non vimina man-  
 dris, cratibus, vacernis fabricandis apta, ipsosque craticios parie-  
 tes, præsèpia, aquarios, & id genus alia, in remi domesticam conge-  
 renda, vel ad operas, quæ ad extruendum sepulchrum Patroni in  
 templo faciunt, nisi hæreditarium sive familiare hoc sit, & simul  
 ad partem fundi feudalis referatur. Talia quippe pertinere di-  
 cunt non necessario, nec directo sive immediate ad extruenda no-  
 va ædificia, sed parum ad demolienda, partim indirecte huc trahi,  
 partim spectare ad ornatum tantum ædificiorum, aut ad usum fa-  
 miliarum ac domiciliorum domesticum. Id ipsum ad restricti-  
 vam interpretandi rationem nunc aliquis referat. Nobis dissentire  
 licebit, legem desideramus, quæ enumeratas hic operas rusticis  
 injungat, odium legitimarum neutiquam redarguimus; nec am-  
 bigendum nobis videtur, quin, pro ratione circumstantiarum, rusticis  
 talis modi servitia imponere fas sit, ex arbitrio domini id pen-  
 dere, ipsi negamus. Omni contra vacat dubio, omnem mate-  
 riam, quæ ad ædificia nobilia, ut sine impedimento extruantur,  
 necessario requiritur, ligneam, lapideam, ferream, & qualiscun-  
 que ea sit, rusticos advehere debere. operis, quæ consuetis a qui-  
 pollent, & circa eadem fere objecta versantur, & nullam laboris  
 aggravationem pariunt, ne quidem exceptis; tum quoque servire  
 eosdem victu & instrumento proprio, & quod reliquum, & quan-  
 do istarum congestionum ad usum fabrilem mero arbitrio domi-  
 ni, præter tempora messis & sationis, nec non dies cultui divino de-  
 destinatos, manere; quæ certe, secundum alia, indicio sunt, id genus  
 servitiorum adilitiorum limitibus non adeo arctis includi. Præ-  
 cipue vero laxior harum operarum interpretatio ex eo colligitur,  
 quod aliarum locum neutiquam subingrediantur, quin  
 potius salvis reliquis veniant præ-  
 standæ.

T A N T V M.

ERFURT, Diss., 1730 (1)

ULB Halle 3  
003 749 266



TA-701





1730,5  
6

*J. N. D. N. J. C.*  
SCHEDIASMA JURIDICVM

---

DE  
ODIO OPERARVM  
ÆDILITIARVM  
IMMERITO,

---

QVOD  
SVFFRAGANTE DIVINI NVMINIS  
GRATIA  
INDVLTV AMPLISSIMÆ FACVLTATIS  
JVRIDICÆ  
IN PER-ANTIQA HIERANA  
SVB PRÆSIDIO  
DN. JOACHIMI JACOBI  
REINECCII,  
J. V. D. RITÈ PROMOTI NEC NON ADVOCAT. IN SAXON.  
ELECT. IMMATR.  
PVBlice DEFENDIT  
BENJAMIN GOTTFRIED HOMMEL,  
JVR. CVLT.

---

IN AVDITORIO MAJORI JCTORVM ERFORDIENSIVM  
HOR. CONSVET.  
DIE XII. APRILIS M DCC XXX.

---

ERFORDIÆ,  
Litteris GROSCHIANIS, Acad. Typog.

